Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

les et nobilissimi principes multitu-
dinis per tribus et cognationes suas
et capita exercitus israel quos tule-
runt moyses et aaron cum omni
multitudine vulgi et congregave-
runt primo die mensis secundi
recensentes eos per cognationes eorum
et domos et familias ac capita et
nomina singulorum a vicesimo anno
et supra sicut preceperat dominus moysi
Numeratique sunt in deserto synai.
De ruben primogenito israelis per genera-
tiones et familias ac domos suas
et nomina capitum singulorum
omne quod sexus est masculini
a vicesimo anno et supra procede-
tium ad bellum xl vi milia quin-
genti. De filiis symeon per generationes
et familias ac domos cognationum
suarum recensiti sunt per nomina
et capita singulorum omne quod
sexus masculini a vicesimo an-
no et supra procedentium ad bellum
l novem milia trecenti. De fi-
liis gad per generationes et familias
ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra omnes
qui poterant ad bella procedere
xl v milia dcl. De filiis iuda
per generationes et familias ac dom-
os cognationum suarum per nomina
singulorum a vicesimo anno et
supra omnes qui poterant ad bella
procedere recensiti sunt septuagin-
ta quatuor milia sexcenti. De fi-
liis ysachar per generationes et fami-
lias ac domos cognationum suarum
per nomina singulorum a vicesimo an-
no et supra omnes qui ad bella pro-

cederent recensiti sunt quinquagin-
ta quatuor milia quadringenti.
De filiis zabulon per generationes et
familias ac domos cognationum
suarum recensiti sunt per nomina sin-
gulorum a vicesimo anno et supra
omnes qui poterant ad bella procede-
re quinquaginta septem milia quadrin-
genti. De filiis ioseph filiorum
effraym per generationes et familias
ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra omnes qui
poterant ad bella procedere xl milia
quingenti. Porro filiorum manasse
per generationes et ~~filiorum~~ familias
ac domos cognationum suarum
recensiti sunt nominibus singulorum
a vicesimo anno et supra omnes
qui poterant ad bella procedere xxx
ii milia ducenti. De filiis venia-
min per generationes et familias ac do-
mos familiarum suarum recensiti
sunt nominibus singulorum a vice-
simo anno et supra omnes qui po-
terant ad bella procedere xxx v
milia quadringenti. De filiis dan
per generationes et familias ac domos
cognationum suarum recensiti sunt
nominibus singulorum a vicesimo an-
no et supra omnes qui poterant
ad bella procedere sexaginta duo
milia septingenti. De filiis aser
per generationes et familias ac domos
cognationum suarum recensiti sunt
per nomina singulorum a vicesimo
anno omnes qui poterant ad bella
procedere xl unum et mille quingenti
De filiis neptalim per generationes et
familias ac domos cognationum